

VIII, 93

Yd
6110



(VIII, 93)

2.397.

CANTIONES
ET
PRECAATIONES
MATVTINAE,
QUE IN
ACROATERIO
SCHOLÆ SCHNEEB.

CANUNTVR,
TYPIS MANDATAE
MDCCXLIX.





Die Martis.

I.

Ex mentis hac abysso
Grates tibi fero,
Diluculo sub isto,
Et donec hic ero;
Rex, Jova cælitum,
Tua laus, honor tuusque,
Perstet, tuum decusque,
Gnatum per unicum.

2.

Tua benignitate,
Tot a periculis,
Me labe noctis atræ
Quod vindicaveris;
Et sup plico tibi:
Crimen mihi remitte,
Quo Teque, corque mite
Tuum laceffii.

Et

3.

Et hacce luce tota,
Me fortis affere,
A vi lupi dolosa,
Omni que crimine,
Ab igne, fluctibus,
Infamia fameque,
A vinculis, citaque
Mortis furoribus.

4.

Corpus, cor, ista vita,
Salus domestica,
Opesque sint amicâ
Sub dextera tua;
Te dante queis iuvor:
Fratres, Parensque, cuncti
Propinquitate juncti,
Et omne, quo fruor.

5.

Stipatus angelorum
Fac, usque sim choris,
Ne demonum malorum
Irretiar plagis,
Per fraudulentiam,
Qui me frequenter angunt,
Corpusque, corque tangunt,
Vt turpiter cadam.

6.

Diliberationes,
Arbitrio Dei,

)o(2 Et.

Et Expeditiones,
Nitantur, ac ei
Omnes obediant,
Mens, membra, tota vita,
Illius expedita,
In iussa transeant.

7.

His amen addo lætus,
Nil corde fluctuans,
Me Jova mansuetus,
Quin surgat adjuuans,
Tendensque dexteram
Sumo lubens laborem,
Juxta vocationem
Diuinitus datam.

Die Mercurii atque Veneris.

Iam lucis orto fidere
Deum precemur supplices,
Vt in diurnis actibus,
Nos seruet a nocentibus.

2.

Linguam refrenans temperet,
Ne litis horror infonet,
Vifum fovendo contegat,
Ne vanitates hauriat.

3.

Sint pura cordis intima,
Absistat & vecordia,
Carnis terat Superbiam,
Potus cique parcitas.

Vt

4.
Vt cum Dies abscesserit,
Noctemque fors reduxerit,
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.

5.
Deo Patri fit gloria,
Eiusque soli filio,
Cum spiritu sanctissimo,
Nunc, & per omne seculum.

Die Jovis.

1.
Iam lucis orto fidere,
Magnas tibi per filium
Grates, Pater, cœlestium
Ex cordis imo dicimus

2.
Hac nocte, quod nos horrida
Cinctos nigra caligine,
Incommodis ab omnibus
Fideliter servaveris.

3.
Oramus, ut similiter
Hac luce nos custodias,
Per angelorum munera,
Ab omnibus periculis.

4.
Nam corpus & vitam simul
Animamque sic & omnia,

)o(3

Quæ.

Quæcunque sunt carissima,
Vni tibi committimus.

5.
Ecclesiam, Rempublicam,
Scholam, parentes, patriam,
Tuæ DEVS clementiæ
Mandamus & custodiæ.

6.
Præsto sacri sint angeli,
Vbique, nos qui protegant,
Aduersus hostis improbi
Tyrannidem potentiam.

7.
Sic tota decurrat dies,
Vt dicta factaque omnia,
Ad nominis laudem tui,
Deseruiant sanctissimi.

8.
Da spiritum docentibus,
Da gratiam discantibus,
Vbique da concordiam,
In asperis constantiam.

9.
Fac nos, Pater sanctissime,
Electa misericordiæ,
Tuæque vasa gratiæ
Esse & manere in secula.

10.
DEO PATRI sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paracleto,
Nunc et per omne seculum Die

Die Sabbathi.

1.

Laudem canamus debitam
Nostro Patri, nostro DEO,
Qui prospera dedit suis
Frui quiete paruulis.

2.

Qui somniorum noxia
Tulit procul ludibria,
Qui mille fraudes dæmonis,
Sancto repressit angelo.

3.

Ne fallat hostis subdolis
Nocere noctis artibus,
Tuere, Christe, et in tuis,
Fac, ingredi vestigiis.

4.

Ne cæca recto mens scopo,
Aberret & ne deuiet,
Emitte claram cœlitus
Lucem, tibi credentibus.

5.

Vt, si soluta corporis
Humana mens sit vinculis,
Apud Deum cœlestibus
Felix fruatur gaudiis.

6.

Virtus honos & gloria
Cum Patre, Christe, sit Tibi,
Et cum pio spiramine,
In hoc & illo seculo.

Pre.

Precatio matutina.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Gratias ago Tibi, mi Pater cœlestis, per Jesum Christum, Filium tuum dilectum, quod me hac nocte ab omnibus incommodis ac periculis conservasti. Oro Te, ut velis me hac die quoque conservare à peccato & ab omnibus malis, ut Tibi omnia mea facta, atque adeo tota vita mea bene placeant. Quia ego me, meumque corpus & animam ac omnia in manus tuas committo. Tuus sanctus Angelus sit mecum, ne diabolus ullum ius in me reperiat amen.

Pater noster, qui es &c.

Deus, autor cœlestis pacis, ignotas munda mendas nostras, Tuo Numine quietos redde, ac repelle ab Ecclesia Christi furores ac rabiem tam consiliorum, quam armorum hostilium, atque coercere errorum atque sectarum tumultus. Largire quietem ac pacem temporibus nostris, ut placide Te veneremur, colamus, celebremus unum, verum, aeternum, omnipotentem, justum & misericordem Deum Patrem Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi, Filii tui dilecti, cum quo in unitate Sancti Spiritus vivis & regnas, Deus seculis infinitis, Amen.

O, allmächtiger Gott, lieber himmlischer Vater, der du Berg und Thal etc,

Erhalt uns Herr, bey deinem Wort etc.

O allmächtiger Gott, barmherziger Vater, wir danken etc.

Psalm 91. Wer unter dem Schirm des etc.




Yd 6110

(X231 M66)

M 66





Farbkarte #13

B.I.G.

CANTIONES
ET
PRECATIONES
MATVTINAE,
QUE IN
ACROATERIO
SCHOLÆ SCHNEEB.

CANUNTVR,
TYPIS MANDATAR
MDCCXLIX.

